



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3. Vtrum conuenienter adducti fuerint testes huiusmodi transfigurationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

**S**i non fulgere, & sic fulgere in transfiguratione. Sed primum spectat ad primum, & quasi univerale antiquumque miraculum in incarnatione factum, quo suspensa est redundans gloria ab anima in corpus Christi. ut haberet corpus passibile, pro nostra salute moriendo, &c.

**E**t per haec patet solutio obiectorum.

**I**n responsione ad

tertium; Autem ad

mysticam transfigura-

tionem, reliquens

pro manifesto nihil

officere claritati glo-

riofie corporis Chri-

sti, si tanta est quod

etiam splendidae uel-

etes efficiat, & nubes

lucidas reddat, per ra-

diorum suorum emis-

sionem. Haec enim

non ad ipsam spectat

claritatem, sed ad

ipsius effectus in hoc

enim magnitudo lu-

cis corporis Christi

ottemittitur, & gra-

duata illius participa-

tion, dum uelites pro-

pinquiores splendet;

nubes autem remo-

tior, lucida fit.

**¶ Super Questionis  
45. articulum tertium.**

**T**itulus clarus est.

**I**n corpore u-

**nica conclusio.** Con-

uenienter induit sunt

testes transfigura-

tionis. Probatur. Ad

gloriam eternam per

Christum adducen-

tur homines peccan-

tes ipsi, & sequentes,

ergo conve-

nienter homines

duo ex prece-  
dentiibus, & tres ex se-  
quentibus induiti sunt

transfigurationis te-

stes. Antecedens li-

et sit clarum, mani-

festatur tamen ex my-

sterio turbarum cla-

mantium, &c. Con-

sequenta autem quo-

facta terci-

probatur, quia trans-

figuratione

*Cop. ir. in  
Manuscr.  
maria pili*

et quia sicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de A exceditu, quem completurus erat in Hierusalem. i. de passionem & morte sua. & ideo ut super hoc discipulorum animos confirmaret, inducit eos in medium qui se morti exposuerunt pro Deo. Nam Moyses cum periculo mortis se obvulit Pharaoni. Helias ne ro regi Achab. Quinta ratio est, quia uolebat ut disci puli suorum amlarentur Moysi mansuetudinem, & zelum Heliae. Sextam rationem ad dit Hilar.\* ut ostendat scilicet se per legem quam dedit Moyses, & per Prophetas, inter quos fuit Helias praecipuus, esse predicatum.

*Hom. 17. in  
Mat. 10. pio  
en a prie  
mo.*

AD QUARTVM dicendum, quod mysteria non sunt omnibus expona immediate: sed per maiorem suo tempore ad alios debent deuenire. & ideo, ut Chev.† dicit, assumptis tres tamquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Christum, & iterum in potestate sibi commissa. Ioh. uero in privilegio amoris, quo a Christo diligebatur propter suam uirginitatem, & iterum propter prerogatiuam euangelica doctrinam: Iacob autem propter praerogatiuam martyrii. & tamē hos ipsos noluit hoc quod uiderant, aliis anuntiare ante resurrectionem, ne (ut Hieron.\* dicit) & increpabile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam, sequens crux scandalum faceret, uel etiam taliter impediretura populo, & ut cum essent Spiritus uulnus repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

*Super quatuor  
gessimam arti-  
culum quartum.*

## ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter auditum fuerit testimonium paternæ uocis in transfiguratione.

*Hom. 17. in  
Mat. 10. pio  
en a prie  
mo. Moys.  
& Helia.  
mo. 9.*

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter auditum fuerit testimonium paternæ uocis dicentis. Hic est filius meus dilectus: quia, ut dicitur Iob. 33. semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit: sed in baptismo hoc ipsum paterna uox fuerat protestata: non ergo fuit conueniens, quod hoc iterum protestaretur in transfiguratione. ¶ 2 Præt. In baptismo simul cum uoce paterna affuit Spiritus sanctus in specie columbe, quod in transfiguratione factum non fuit. Non ergo conueniens uidetur fuisse Patris protestatio. ¶ 3 Præt. Christus docere incepit post baptismum, & tamen in baptismo uox patris ad eum audiendum homines non induxerat. ergo nec in transfiguratione inducere debuit. ¶ 4 Præt. Non debent aliquibus dici ea, quæ ferre non possunt, secundum illud Ioh. 16. Adhuc habeo uobis multa dicere, quæ non potestis portare modo: sed discipuli uocem patris ferre non poterant: dicitur enim Matth. 17. quod audientes discipuli ecclaserunt in faciem suam, & timuerunt ualde, ergo non debuit uox paterna ad eos fieri.

*Super illud  
Mat. 10. pio  
en a prie  
mo.*

A IN CONTRARIVM est, auctoritas Euangeliæ scripturarum.

RESPON. Dicendum, quod adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem. Quod quidem fit dupliciter. primo fit per gratiam uicem, quæ est conformitas imperfecta. Secundum, per gloriam patris, quæ erit conformitas perfecta, secundum illud I. Ioan. 3. Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quia igitur gratiam per baptismum consequimur, in transfiguratione autem praemonstrata est claritas futuræ glorie, ideo tam in baptismo, quam in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem testimonia patris, quia solus est perfecte conscius illius perfectæ generationis similis cum Filio, & Spiritu sancto.

AD PRIMVM ergo dicendum quod illud uerbum referendum est ad æternam Dei locutionem, qua Deus pater uerbum unicum prout sibi coeterum. Et tamen potest dici, quod licet idem corporali uoce Deus protulerit, non tamen propter idem, sed ad ostendendum diuersum modum, quod homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut in baptismo tibi declaratum fuit mysterium primæ regenerationis. ossæla est operatio totius Trinitatis p. hoc, & fuit ibi filius incarnatus, apparuit Spiritus sanctus in specie columba, & Pater fuit ibi declaratus in uoce, ita et in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in uoce, Filius in homine, Spiritus sanctus in nube clara: quæ sicut in baptismo dicitur innocètiam, quæ per simplicitatem columbae designatur, ita in resurrectione dabit electis suis claritatè glorie, & refrigerium ab omni malo quæ designantur in nube lucida.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus uenerat gratiam actualiter dare: gloriam uero promittere uerbo. Et ideo conuenienter in transfiguratione inducuntur homines, ut ipsum audiant, non autem in baptismo.

AD QUARTVM Dicendum, quod conueniens fuit discipulos uoce paterna terri & prosterni, ut ostenderet quod excellenter illius glorie, quæ tunc demonstrabatur, excedit omnem sensum & facultatem mortalium, secundum illud Exodi trigesimotercio. Non uidebit me homo, & uiuet. Et hoc est quod Hieronymus\* dicit super Matthæum quod humana fragilitas conspectum maioris gloriae ferre non sustinet. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendo, quod significatur, p. hoc qd dixit eis, Surgite, nolite timere.

## QVAESTIO XLVI.

E De Passione Christi in duodecim articulos diuisa.

ONSEQVENTER considerandum est de his, quæ pertinent ad exitum Christi de mundo. Et primo, de passione eius: secundo, de morte: tertio de sepultura: quarto, de defensione ad inferos.

¶ Circa passionem occurrit triplex consideratio. Prima, de ipsa passione. Secunda, de cuncta efficiente passionis. Tertia, de fructu passionis.

Quinta pars prin-  
cipalis.

C Onsequenter &c. Hic incipit tra-  
ctatus quintus, de exi-  
tu Christi ex hoc mun-  
do.

Super questionis 46.  
Articulum primum.

T Itulus ut sonat  
sumatur, quo-  
nam in corpore arti-  
culi distinguitur.  
¶ In corpore distin-  
ctio una ponitur cum  
tribus